




Sammelband

12

X

Series  
Prælacionum et Dissertationum  
quas continet.

Kof. Invenio



# S<sup>1</sup>erios

- Tractationum et disputationum  
huius voluminis.
- 1) De furo prudentia apostoli Pauli auctor  
Joh: Sam: Stijk.
  - 2) Observationes forenses variis argumentis pro  
Joh: Gottlieb Siegel. Respondente Auctore eius  
Eius et hoc nigrorum Lippiae habita.
  - 3) Thesaurus Pritsch. de Inquisitione Missilium
  - 4) De Sociorum obligationes usae viri ex conversione  
cum extraneis simili. Praef: Wolfgang von  
Laubersbach. Joh: Hec: Bochm.
  - 5) De jure Ulendi Gulerianis reg simili & medio  
suspensio. Si ad peccationi renegatulum est  
Praef: Christ: Hec: Eichard: Resundi Joh: Carol: Sch  
Panke habita.
  - 6) De quibus singularibus quibusdam germanorum circa  
personas et res curibus in iure romano aus  
patrarius aut plene non tractatio. Praef:  
Herr: Ern: Kestner. Rep: Christ: Cint: Popp. Rich  
habita.
  - 7) De Privilegio Competentiae Praef: Christoph: Weller: Muli  
Rep: Christ: Gottlieb von Luttip.
  - 8) De scripturis neccipitate Praef: Abraham: Kuebler Rep:  
Hans: Cypk: de Bismarck.
  - 9) De cautione de non turbando habita a Georg Henn  
Koch: Erfordiae.
  - 10) De s<sup>ic</sup>to Macedoniano a Andr: Bartholom: Holtzborn  
Erfordiae habita

- 11) De Affixationibz, Henr: Ciceri: 15.  
 12) De eo quod pendet seu quod est in suffragio Comit: Just: 15.  
 13) De actionis forensis contrae adiutorium ex dematibz  
 Ps: Christ: Thom: R: Wilhelm: Wunder: Thalae habita  
 14) de Receptu Rerum misericordium, unde non fluit gultus luden  
 Opp: Maxengilespi: 25.  
 15) iam: Fridr: Willenberg: tract: de Radicis alienuptalibz, Pon  
 dix propositio galvostas ex Fortis.  
 16) De clandestinis consalibz, iuratis Praef: Will: Henr: Brueck  
 Ps: Joh: Eust: Schellhas: 27.  
 17) De vera profanacione de praesenti et plebeiarum  
 differentia Praef: Joh: Bern: Freie Rep: Joh: Regenach: 28.  
 18) Kurfz: Brandenburg: ubiq: tria quatuoribz Pon: ob amic  
 desponsorum suorum etiamque fini voluntate regn: autem duc: 29.  
 apud Rurine y: apud: fin: plaign: fuit plaign: fuit furore: Quis nobis qd: 30.  
 farr: invictusq: Pon: Henr: Kluber.  
 19) De Suspensionibz directae argumentis: in formula dubia  
 Praef: Joh: Dob: Currach: Rep: Fridr: de Freyberg: Thalae  
 habita.  
 v. De transmissione hereditatis ex Lur Cod: de his qui  
 ante aperte Fabul: Ps: Eccl: Sichibat: Rep: Steph:  
 Alexius: Renier: Peccae habita.  
 1) de Tutele oraculata Praef: Joh: Just: Schieschim:  
 Rep: Hier: Joh: Opp: Kyberus.  
 2) de Tutele statua Pon: Opp: Pon: Pon: Christ:  
 Wildoogel: Rep: Henr: Gottlob Kuhns: Jenoe habita  
 3) de eo qd: Muster est circa umbra: Praef:  
 Joh: Henr: Meyzen: Respond: Joh: Will: Etting:  
 infidiles habita.

- ~~24) De ecclesie collectione et collectione amboane. Praes.~~  
Praes: Joh: H. de Collectione. Rep: Joh: Willib: Episcop: Erford: Inhabita  
habita  
~~25) de. Um bra, Bonn Hszt, Hoff: Graef: Henr: Bern: Blasius~~  
Rep: Henr: Guntburg Borbacher: Fennae habita  
~~26) De eo quod Justinus collector novum annum~~  
vnuq: Publ: Lib: nnuq: fassor: Graef: Chorist: Willi  
verbi Rep: Joh: And: Crauford: Fennae habita  
~~27) De membris clericis: s: contuberniis - Praes: Wenzel~~  
Theodor Martini: Rep: Capp: Henr: Horn: Wittenberg: habita  
~~28) Christi Thonis qdaest: Rom: sonapum historiorum~~  
philosophico iuridicorum decas.  
~~29) Colationes: fuis: Civ: Romani cum Recesibz frys~~  
Rom: Germ: in Grece cum ordine: Crim: Cysp: V.  
Braet: G: Michael: Graef: Rep: fac: Guilebaldo:  
Hoetmann de Gutenber: Thebinger ad habita  
~~30) De fortuna Testium pme fajus: Guis: Prosoy:~~  
Praes: Ernst: Jman: Gentzsch Rep: Joh: Fried: Henr:  
~~31) de famos: libellos vulgacione: Daquinelle~~  
Praef: Joh: Berth: Freer: Rep: Joh: Id: Freider:  
fenne: habila  
~~32) De Roena gladii post suspendum, desist: fusi: Joh:~~  
Philippe Freiber: Exhortatio: habita

in der Menge der Schriftsteller und  
dichter, die sich auf dem Gebiete der  
Litteratur und Kunst beschäftigen,  
und die in den verschiedenen  
Gesellschaften und Vereinen  
der Stadt und Umgebung  
mit dem Studium und  
der Praxis der Schrift und  
Kunst beschäftigt sind.  
Die Schriftsteller und  
dichter, die sich auf dem Gebiete der  
Litteratur und Kunst beschäftigen,  
und die in den verschiedenen  
Gesellschaften und Vereinen  
der Stadt und Umgebung  
mit dem Studium und  
der Praxis der Schrift und  
Kunst beschäftigt sind.  
Die Schriftsteller und  
dichter, die sich auf dem Gebiete der  
Litteratur und Kunst beschäftigen,  
und die in den verschiedenen  
Gesellschaften und Vereinen  
der Stadt und Umgebung  
mit dem Studium und  
der Praxis der Schrift und  
Kunst beschäftigt sind.

72  
CHRISTIANI WILDVOGELII

ICTI, SERENISSIMI FRATR. DVCVM SAXO-VINARIENSIVM  
CONSILIARII AVLICI, PANDECT. PROFESS. PVBLICI, CV-  
RIAЕ PROVINC. NEC NON FACVLT. IVRID. ET  
SCABIN. ASSESS.

COMMENTATIO IVRIDICA

DE

EO QVOD PENDET  
SEV QVOD EST IN  
SVSPENO.

Oder:

Vom Aufschub.



IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.  
M DCCXXXIX.

(6)

CHRISTIANI VITDAGETII

15  
HILDEGARDIS DE BINGEN  
CONTRARIO VALORI TANDEM PRAECEPS  
RUM SED VITIO NICE NEM PROCLIVIARIBUS  
MAGIS VITIOVOS.

GOETHE WIDMUNG

EO QVOD PENET  
SEA QVOD EST IN  
SABRENO.

OMNIS MUNDO



1797. LIBRIS SCHLESWIGENSIS  
A. DCCXXVIII.



## PRAEFAMEN.

**Q**uod initio virisum est, non potest tractu temporis conualefcere, regula iuris est certissima, L. 29. ff. de R. I. c. non firmatur. de R. I. in 6. Nam ut tempus non est modus inducendae aut tollendae obligationis, L. obligationum 44. §. placet. ff. de O. & A. ita nec fieri potest, solo tempore actus ab initio inualidus ut conualefcat, sed neccesse est, accedat & superueniat caufa vel lex confirmans actum; Eſi autem proprie loquendo & in ſenſu

sensu physico conualeſcere denoter liberari a periculo mortis,  
 prifinamque recuperare sanitatem, L. 13. L. 16. L. 18. §. 1.  
 L. 19. L. 24. L. 29. ff. de mort. caſa donat. MiraDogni  
 tamen etiam dicitur de actibus ſeu negotiis: Et ſic in  
 ſenſu iuridico, conualeſcentia eſt conualidatio alicuius  
 actus ſeu negotii. Conualeſcunt autem non ſolum actus ab  
 initio nulli, (qualis eſt, e. g. alienatio bonorum minoris  
 a tutore fine decreto iudicis facta, que eſt ipſo iure  
 nulla ſit, per ratificationem tamen, vel quaſi ratificatione  
 conualeſcit, L. fin. C. ſi min. mai. fact alien. fine de-  
 creti fact. rat. bab.) Sed etiam actus, qui ſunt in pen-  
 denti: de quibus in L. 169. §. 1. ff. de R. I. dicitur,  
 quod non habeantur pro iis, quaſi ſint. Ex qua lege  
 169. confeſſa mihi facultate conſcribendi Disputationem,  
 materiam hanc: DE EO, QVOD PENDET,  
 ſeu QVOD EST IN SVSPENSO: cum late  
 pateat per totum ius, pro themate inaugurali publica ex-  
 cutioni expoſo; Quod ut ſuccefſu aūſpicato fiat, accedo  
 fontem originemque omnis sapientiae & veritatis, Deum T.  
 O. M. a quo omnium rerum bonarum principia ſunt ducenda,  
 Et ſine cuius Numine nihil fauſtiter ac feliciter fuſcipi,  
 agi & perfici poterit, eumque ex imis animi penetra-  
 libus ſupplex precor, velit largiri vires, & co-  
 namina firmare, ut bene cedat opus.



CAP.



CAP. I.  
EXHIBENS  
NOMINIS EXPLICATIONEM ET  
DESCRIPTIONEM.

§. I.

I Anvocato subfudio sanctissimæ Trinitatis, opportunius me facturum arbitratus sum, quoniam quæstio, quid nominis, debet præcere quæstionem quid rei, ut facit ICrus in L. i. ff. de inflit. & iur. &c Aristot. 2. post. c. 2. & 24. si a vocabuli Etymologia, Synonymia atque homonymia, Dissertationis huius initium assumerem, accingendo me dehinc ad eiusdem vocabuli descriptionem, quæ, ut inquit Bald. post Aristot. in L. i. ff. de vñfr. rei substantiam declarat.

§. II.

Etymologiam quod spectat, facilis est pro ratione originis huius vocabuli expositio; Et quidem pendere dicitur a pendo: *suspensus* autem a *suspendere*, quod descendit a præpositione *sub* & verbo *pendo*; Venio nunc ad homonymiam, habent autem prædicta vocabula va-

A

rias

rias significaciones: 1. Pendere dicitur, quod aliunde proficiscitur, manat, sustinetur, *L. 66. §. 2. ff. ad SCr. TREBELLIAN. pr. Inst. de perpet. & temporal. act. 2.* Alia significatio occurrit in *L. 12. §. 5. ff. de usufr. & L. 61. §. 8. de furt.* vbi fructus dicuntur pendentes, id e. qui solo cohaerent, & terra adhuc continentur, add. *L. 27. pr. de usufr.* (vbi vt & in *L. 26. §. 1. de furt. L. 40. de act. emt. & L. 7. §. 15. solut. matrim. fructus pendentes dicuntur etiam stantes) *L. 44. ff. de R. V. L. 15. pr. ff. de pignor. L. vlt. §. 6. que in fraud. creditor.* Quo sensu & pendens vindemia dicitur, i.e. nondum lecta, *L. 25. ff. de act. empt. & pendens oliua,* *L. 39. §. 1. de contrah. emt.* Sic quoque *Suspensum* varie dicitur; 1. videlicet, quod excedit domos, vel ultra eas extenditur, dicitur suspensum, quod si ceciderit & alicui nocuerit, vel damnum intulerit in via publica eunti, tenebitur dominus domus illius, de qua damnum illatum est, tit. ff. de bis qui diec. vel effud. per tor. Et bona, quae venalia pendent in tabula proscripta, Seneca dicit *suspensa*. 2. Qui dubitat, animi pendens seu *suspensō* esse *animo* dicitur. 3. Hoc vocabulum occurrit in iure Canonico, vbi Clericus seu minister Ecclesiae, cui ob culpam suam interdicitur *vsus & exercitium officii* vel *beneficii* sui, aut *alterius functionis Ecclesiastice*, vocatur *suspensus*; *LANCELOT. L. 4. t. 15. §. 4.* 4. Suspensus vocatur, cui vita laqueo ademta est. 5. Et postremo pendere vel in suspenso esse idem significat ac differri, denotatque id, ad cuius perfectionem adhuc aliquid amplius desideratur: Sic dicitur *suspensi* & *pendere actus*, *L. vlt. ff. commun. pred. & sententia per appellationem suspendi.* Synonimice autem *vsurpan-**

6880 10 6881

pantur pendere, in suspenso esse, in pendenti esse, prout  
videre est in L. 35. ff. de iudic. L. 12. §. 5. L. 25. §. 1. de usfr.  
L. 8. & L. 19. pr. de reb. credit. L. 1. §. 1. de SCt. MACE D.  
L. 43. §. 10. de adilit. Edict. & aliis pluribus locis.

§. III.

Considerata iam nominali significatione, sequitur  
realis: Potest autem describi id, quod pendet vel in su-  
pensu est, quod sit, ad cuius perfectionem plenam adhuc  
aliquid amplius desideratur, siveque pro conditione casus  
postea incidentis exitum suum sortitur vel non: aut ita:  
*Cuius incertus eventus adhuc expectatur*, illudque tractu  
temporis, quod non a nostro simpliciter dependet arbitrio,  
sed ex rerum conditione naturae, imo maximam  
partem ex legi prouisione, mensuram accipit, vel po-  
timur vel non; Quare & in supr. dict. L. 109. §. 1. de R. I.  
dicitur, quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

§. IV.

Hisce præmissis ad specialiora & utiliora nunc ten-  
do. Ut autem ordine progrediar, methodo ab Impera-  
tore in Institutis obseruata vtar, acturus 1. quatenus  $\tau\delta$   
pendere vel in suspenso esse, ingreditur *jus personarum*,  
2. procedendo ad *jus rerum* quatenus in hoc sece exerit,  
& 3. de *actionibus*, quatenus pendent, seu suspenduntur  
dicendo.

CAPVT II.

DE IVRE PERSONARVM, QVA-  
TENVS PENDET.

§. I.

**I**us personarum explicatur per diuisiones, quarum  
prima, summa & principalis haec est, quod omnes

A 2

ho-

homines aut liberi sint aut serui, pr. I. de iur. person.  
L. 3. ff. de stat. hom. Et est haec diuisio ex conditione  
hominum absoluta, quatenus sc. in societate inter gentes  
sunt, seu ex statu libertatis: Status enim hominum,  
vti ex L. vlt. ff. de c. dem. inferrur, triplex est, Libertatis,  
Civitatis & Familiae; Et Libertas quidem est naturalis  
facultas eius quod cuique facere libet, nisi si quid  
vi aut iure prohibetur § I. I. de iur. person. l. 4. pr. ff. de  
stat. hom. Et si autem Libertas haec ex subtilitate iuris  
amittatur captiuitate, & sicut quae ccelo, terra, mari  
que capiuntur, fiunt occupantium, L. 1. §. 1. ff. de acquir.  
rer. dom. ita capti ab hostibus eorum redigantur po  
testatem, L. 24. de captiv. & postlim. reuers. omniaque iu  
ra civitatis cum libertate amittant, siquidem cuius esse  
non poterat, nisi liber, qua libertate amissa ex consor  
tio humano quasi quis eximitur L. 32. de R. I. Humanita  
tis tamen est, & communis utilitatis ratio exigit, istis,  
qui sc. necessitate captiuitatis iniuti abducti sunt, (non  
vero transfugis, nam pro hoste, non pro militibus ha  
bentur, ac propterea supplicio afficiendi, L. 7. ff. de ca  
ptiv. & postl. reuers. quia malo confilio & proditoris a  
nimō patriam reliquerunt, L. 19. §. 4. eod. nec his qui ar  
mis vixi hostibus se dederunt, nam volentes se hostibus  
subiiciunt, L. 17. ff. d. t.) contra istam subtilitatem iuris  
civilis subuenire; Et quidem naturali æquitati intro  
ductum est, vt qui pro reipubl. salute pugnauerant,  
bellaque calamitate capti per iniuriam ab extraneis  
detinebantur, vbi in fines rediissent, pristina iura sua  
(non etiam ea, quæ sunt facti, vt possessio, L. 23. §. 1.  
de acquir. poss. L. 19. ex quibus causis mai. 25. annis in in  
tegr.

regr. restit.) reciperen, L. 19. pr. ff. de captiv. Et postlim. reuers. Ut igitur hoc eo commodius procederet, medium quoddam introductum fuit, quod duplex erat, nimis. I. si capti reuersi fuerint ad siros, Postliminii, L. 16. de captiv. Et postlim. 2. si vero in captiuitate deceperint, Legis CORNELIAE, L. 18. eod. Hac, scil. Lege Cornelia, cum plenum videretur iniquitatis, quod ii, qui apud hostes moriebantur, quia in feruitate decedebant, non potuerint relinquere heredem, inductum est ut qui ita deceperint, per fictionem habeantur mortui ipso momento captiuitatis, d. l. 18. L. 12. ff. qui testam. fac. poss. & bona eorum ad heredes proximos ab intestato, vel ad scriptos in testamento, si quod ante captiuitatem forte relinquunt, deuoluantur §. fin. Inst. quibus non est permis. fac testam. L. 22. pr. de captiu. Et postl. reuers. L. 1. C. eod. L. 23. de vulgar. Et pupill. substit. Postliminium autem, quod tempus captiuitatis cum tempore redditus coniungit, tollendo medium tempus, fingebat captum, ab hostibus reuersum, quasi nunquam captum semper in ciuitate manasse, L. 16. de capt. Et postlim. reuers. L. 5. §. 1. L. 12. §. eod. unde captivo conservantur omnia iura, quae, imo ipsa libertas, dum exspectatur postliminium, non tam sublata quam suspensa sunt, Illustr. STRUVV. Ex. 50. th. 39. PEREZ. ad Cod. L. 8. t. 51. n. 51. n. 2. ZOES. add t. ff. n. 5. Sic quoque statuta & destinata in tempus vel conditionem libertas dicitur in suspenso esse; L. 15. ff. de noxal. add. L. 25. §. 1. de liberal. causa, L. 81. §. 9. de legat. 1. l. 9. §. 1. de option. leg. l. 2. si is qui testam. liber. Et quibus hoc modo libertas data est, interea dum dies vel conditio exspectatur, statu liberi appellantur, l. 1. de statu liber.

A 3

§. II.

## §. II.

Oppositum libertatis, seruitus sc. cum iam apud Romanos magis magisque ad humanitatem redacta & tolerabilius redditia, hodieque in Christiano orbe aut fere nullas egerit retinueritue radices, merito ea eiusque annexis prætermis ad vltiora propero: sit itaque secunda personarum diuisio, quæ sc. est ex conditione hominum relata, & quidem quatenus respicit familiam, (nam iuxta conditionem hominum relata, quatenus respicit cuitatem certam, personæ distinguuntur in peregrinos & ciues, l. 17. ff. de stat. hom.) seu quæ est ex statu familiæ, hæc est, quod quædam personæ sui iuris sint, quædam alieno iuri subiectæ, pr. j. de his qui sūi vel alien. iur. l. 1. pr. ff. eod. Sui iuris dicuntur patres-familias & matresfamilias, l. 4. d. 1. Quæ alieno iuri subiectæ, alia sunt in potestate parentum, alia in potestate dominorum, d. pr. I & l. 1. ff. de his qui sūi vel alien. iur. Consistebat autem hæc potestas dominorum seu dominica in iure virte ac necis, &c in acquisitione rerum; Sed quemadmodum serui status quandoque in suspensiō esse poterat, l. 86. §. 2. de legat. 1. ita & potestas dominica, arg. desumpto a correlatis, quod enim valet in uno correlatorum, valet etiam in altero. Atqui dominus & seruus sunt correlata, Ergo. add. l. 22. §. 3. ff. de captiu. & postlim reuers. Patria potestas est ius patri competens, liberis legitimis, qui in eius familia sunt, imperandi, quoad personas & res eorundem ad communem familie utilitatem l. 3. C. de patr. pot. §. 1. I. per quas pers. cuique acquir. Consistit itaque hoc ius patriæ potestatis in persona liberorum & rebus eorundem;

Ratio.

Ratione personæ patri filius est subiectus, & ex lege Romana patri ius vitæ ac necis in liberos competebat; Sed hodie, vt dominorum in seruos, l. i. § 2. ff. de his qui sui vel alieni iur. §. i. I. eod. l. vn. C. de emendat. seruor. ita & parentum in liberos coarctata est potestas, quia ea in pietate magis quam atrocitate consistere debet, l. vlt. C. de patr. pot. l. ii. ff. de liber. § posthum. l. 5. ff. ad l. pompeii. de parricid. in locum itaque iuris vitæ ac necis, quod rectissime patribus ademptum est, ob exempla peiora, & quia finem societas patriæ egreditur, vt latius docet ARNISAEVS l. i. polit. c. 4. solummodo concessa eis in transgressorem moderata castigatio, & ius terminandi controvicias domesticas, l. 3. § 4. C. de patr. pot. l. 17. pr. de furi. Ratione rerum liberi iure antiquo quicquid acquirebant, parentibus acquirebant, §. i. I. per quas pers. cuique acquir. iure autem nouo sub distinctione peculiorum acquirunt, d. §. i. ibique Vinn.

## §. III.

Vt autem quoad præsentem materiam hoc ius patrum, vti vocatur l. 132. pr. ff. de V. O. considerem, sciendum quod illud quandoque sit in suspenso, ita vt pater non possit dicere, se habere patriam potestatem vel non habere: Si enim filius neposue ab hostibus captus fuerit, ius patriæ potestatis propter ius postlimini, de quo vid. §. i. bnius capit. pender, §. 5. I. quibus mod. ius patr. por. solu. l. 16. ff. de captiu. § postlim. reuers. WESENB. ad d. 7. n. 8. Sic ius quoque liberorum, si ab hostibus captus fuerit parentis, est in pendentia propter ius postlimini, d. §. 5. I. § l. 22. §. 2. ff. de captiu. § postlim. reuers. quare, si quis capiatur ab hostibus, hi, quos in Potestate habuit,

buit, in incerto sunt, utrum sui iuris facti an adhuc pro filiis familiarum computentur, *I. 12. §. 1. ff. d. 1. l. 2.*  
*§. 3. unde legitimis*; Hinc etiam est, quod Vlpian respon-  
 dit, non posse ei, cuius pater in potestate hostium est,  
 tutorem dari, *I. 6. §. vlt. de tutel. qui recte utique dareatur,*  
*si filii interim pro iis, qui sui iuris sunt, haberentur,*  
*VINN. ad cit. §. 5. quibus mod. ius patr. pot. solu.*

## §. IV.

Acquiritur haec potestas paria tum procreatione  
 liberorum ex iustis nuptiis, *pr. I. de patr. potest. tum*  
*legitimatione, §. vlt. I. de nupt. tum adoptione, pr. I. de*  
*adopt.* Rectius autem pro prima causa naturali patriæ  
 potestatis constituitur procreatio ex iustis nuptiis, quam  
 ipsæ nuptiæ, cum æque immediate fundet patriam po-  
 testatem, atque legitimatio & adoptio: Nuptiæ enim  
 talis causa non sunt: non naturali ratione, quia positis  
 nuptiis, non statim ponitur patria potestas: Non ciuilis,  
 quia iuxta *pr. I. de patr. pot.* illi demum liberi patriæ  
 potestati subiacent, qui procreati sunt, sed tantum sunt  
 causa sine qua non, *§. 12. de I. de nupt.*

## §. V.

Quoniam itaque procreatio non potest esse sine  
 nuptiis, de his quædam saltem pro instituto nostro,  
 postquam de sponsalibus, per quæ ad matrimonia f.  
 nuptiarum deuenitur, quatenus illa pendent, actum est,  
 adducenda veniunt. Sunt autem sponsalia mentio &  
 re promissio futurarum nuptiarum, *I. 1. ff. de sponsal. c.*  
*nostriates. 30. q. 5.* Et contrahuntur, missis aliis diuicio-  
 nibus, circa quas sponsalia cadere possunt, vel pure, vel  
 uti, ego te accipiam in vxorem, & ego te in maritum,

cap.

cap. pen. X. de *sponsal.* vel in diem, cum quis intra certum temporis spatium aliquam se ducturum in vxorem conuenit, hac vel simili forma: accipiam te in vxorem, si intra tale tempus volueris, c. sicut 22. de *sponsal.* vel sub conditione, t. t. X. de *condit. apposit.* his aut similibus verbis; Ego te in vxorem accipiam, si tantum dotis nomine dederis, vel si consentiat pater, l. 3. 5. § 6. de *condit. apposit.* De sponsalibus pure contractis & in diem, vid. MOZZIVS, de *contraft.* tit. de *diuif. sponsal.* n. 12. § 13. add. Magnif. D. STRVV. Ex. 29. 1b6f. 9. Sponsalia autem sub conditione contracta sunt in pendenti, quo usque conditio impleatur, PEREZ. ad C. tit. de *sponsal.* n. 5. qua eueniente demum obligationem aut effectum aliquem publicamque iustitiam inducunt, c. vnicē circa pr. iunct. §. fin. de *sponsal.* in 6. aut nisi postea consensus de praesenti intercedat, aut copula carnalis inter sponsum & sponsam subsequatur; his enim casibus videntur a conditione apposita recessisse, & consensisse in matrimonium, c. 5. § 6. d. *condit. apposit.* nec contrahens sponsalia sub conditione compelli ut matrimonium matrimonium consummare ante conditionis euentum, c. super eo 5. de *condit. apposit.* Sed prædicta intelligenda sunt de conditione (de cuius multiplice varietate, & quod non quævis conditio negotium suspendat, videri potest. MOZZIVS tr. de *contraft.* tit. de *diuif. sponsal.*) honesta ac possibili de futuro, quæ proprie dicitur conditio, & negotium suspendit. L. 37. § 39. ff. de reb. credit. l. 10. de *condit. instit.* ad DESSEL. L. 4. tit. 5. q. 4.

### §. VI.

Expositis iis, quæ præcedere solent, ad ipsas nunc venio nuptias s. matrimonium, quod etiam in suspensiō

B esse

esse posse patet exinde, quia sub conditione potest contrahi, textus in c. super eo. de condit. appositi. Conditio enim, ut praecedente §. dictum, omne negotium suspendit; add. z. oes. ad ff. tit. de rit. mpt. n. 5. Ad hoc autem, ut conditio qualibet suspendat matrimonium, septem requiruntur, quae ponit ANGEL. de CLAVAS. & refert SYLVEST. de PRIRR. in hoc inter se concordantes in suis summis, in verbo, matrimonium; Et primum est, ut conditio sit apposita in principio: nam si primo esset matrimonium contractum pure, & postea apponetur conditio, non posset id suspendere vel rescindere, c. dixit. 3. q. 1. facit, quod notet ANTON. & PANORM. in c. 1 de condit. appos. Secundum, quod in conditionem vterque expresse consenserit, quare si unus ponat conditionem, si alter expresse non consentiat, quamvis riteat, erit matrimonium purum, vt c. fin. de condit. appos. & teneret matrimonium, licet conditio esset contra substantiam matrimonii secuta copula, vt notat Innocent. & Panorm. in d. c. fin. c. aliquando 32. q. 2. Tertium, quod conditio non sit necessarium futura, esset enim statim matrimonium, quia talia futura iam sunt praesentia in suis causis, secundum Dittum THOM. in 4. disting. 29. aut quod non sit turpis vel impossibilis, quoniam haberur pro non adiecta, excepta illa, qua est contra substantiam aut bona matrimonii. Quartum, quod non interueniat consensus de praesenti absolutus post conditionem & ante eius eventum, vt in c. super iwas. de condit. appositi. Quintum, quod non interueniat carnalis copula ante eius conditionis eventum, quia sic statim erit matrimonium. Sextum requisitum, ad hoc, ut conditio quælibet suspendat matrimonium, est, ut conditio sit proprie, non modus, qui si est possibilis & honestus, non suspendit

ma-

matrimonium, ut conditio, quia de natura modi est, ut posterius impleatur: tenetur tamen implere celebrato matrimonio is, cui imponitur, vid. Dom STRVV. Ex. 29. 1b. §. vbi etiam de modo impossibili & turpi, aliisque distinctionibus agit. Septimum est, ut conditio non sit de praesenti, vel de praterito, sed de futuro, quia, si non est de futuro, non est proprie conditio, l. 10. de condit. Et infra. adde octauum & ultimum, ut conditio sit possibilis & honesta, quia sit turpis, habetur pro non adiecta, c. fin. de condit. apposit.

## §. VII.

Cum haec tenus dictum de prima parte diuisionis supra §. 3. posita, scil. de personis, quae alieno iuri subiectae, sequitur nunc altera pars dictae diuisionis, nimirum personae, quae sui iuris sunt. Ex his autem quedam sunt vel in tutela, quedam in cura, quedam neutro iure tenentur, pr. I. de tutel. Tutela defertur vel testamento, hinc testamentaria: vel lege, quae vocatur legitima: vel publica authoritate ab eo, qui ius dandi habet, & haec dicitur dativa, l. 52. C. de Episc. Et Cleric. l. 5. C. de auctorit. pref. Primus assignatur locus testamentariae, quae quamdiu speratur, legitima cessat, l. 11. ff. de testam. tutel. l. 9. §. 1. ff. de tutor merito enim parentum statur voluntati, qui liberis suis recte prospicere presumuntur, l. 3. §. 1. ff. de admin. Et peric. tut. Nou. 118. c. 5. Et pietas paterni nominis pro liberis consilium capit, l. 22. §. 4. ad L. Iul. de adulter. L. 67. ff. de rit. mupt. Etsi autem tutor delatam tutelam statim, ex quo scit, se tumorem datum, gerere & administrare debeat, L. 1. pr. ff. de adm. Et peric. tut. multa tamen sunt impedimenta, quo minus in praesentia tutelam capessat, & manet ea interim in suspensiō; Sic si furiosus vel minor 25. annis tutor testa-

mento datus est, recte viderur datus, quia autem ille nullum, *L. 5. de R. I.* hic imperfectum iudicium habet. *I. 1. pr. ff. de minor.* siveque ipsimet aliorum defensione indigent, pupillum defendere non possunt, *§. 13. I. de excusat. tut.* nec ferendum, eundem esse tutorem, & sub alterius tutela constitui, quod fædam nominum & reorum confusionem importare ait Imperator, *I. vlt. C. de legit. tut.* sed potius unumquodque quod ad se gubernandum suapte vi non sufficit, id præstantioris alicuius ductu regarur, & gubernetur, *§. pen. I. de attil. tut.* Interim non ita omnino inutilis hæc testamentaria datio est, sed est in suspensi, & ille tutor tunc erit, cum compos mentis vel furere desierit. *I. sapere ceperit, §. 2. I. qui testam. tut. dar. poss. I. 11. ff. de tut. I. 10. §. 3. ff. de testam. tut.* Hic sc. minor 25. annis autem tutela operatur post legitimam ætatem, vel cum maior 25. annis fuerit factus, *d. §. 2. & I. 32. §. 2. in fin. ff. de test. tut.* Verumtamen pendente conditione vel medio tempore utroque casu tutor a magistratu dabitur, *§. 1. I. de attil. tut. I. 11. pr. ff. de testam. tut.*

## §. VIII.

Porro tutela testamentaria quandoque etiam suspenditur vel ob conditionem, sub qua tutor testamento datus est, *§. 1. I. de Attil. tut. I. 11. ff. de test. tut.* quippe quæ actus omnes suspendit, *§. 41. de V. O.* vel quod tutor dictus datus est ex die *d. §. 1.* vel pure quidem, sed ubi aut effectus testamenti adhuc pender, hereditate forte nondum addita *I. 10. pr. de test. tut.* quamdiu enim pender aditio hereditatis, tamdiu quoque in suspensi sunt omnia, quæ in testamento scripta sunt, atque ut adita demum hereditare confirmantur, ita ea non adita una cum testamento corrumpunt, *I. 9. de test. tut. I. 8. & I. 16. de inoff. test.* aut quod tutor ab hoste

captus

Captus fit, §. 2. I. de attil. tut. Captiuitas enim non tollit, sed suspendit saltem ius ciuitatis propter ius postliminii, cuius virtute reuersus eam recipit, §. 5. I. quib. mod. ius patr. pot. solu. Et his casibus itidem medio tempore pupillis propicitur a magistratu, & alius datur tutor, I. II. de restam. tut. I. g. §. 2. de tut. Et rat. distr. §. 1. I. de attil. tut. add. Illustr. STRVV. Ex. 31. §. 8. ZOES. ad ff. tit. de tutor. Et curator. dat. ab his, quis ius n. 3.

## §. IX.

Cessante testamentaria tutela, quæ potior est, I. II. ff. de test. tut. sequitur legitima, quæ immediate a lege proximis pupilli successoribus defertur, I. I. pr. de legit. tut. pr. I. de legit. agnat. tut. Et dicitur legitima non oppositiva, quasi testamentaria & dativa essent illegitimæ, sed quia immediate ex lege oritur, cum hæ saltem mediate, mediante sc. testatore vel magistratu ex lege proueniant. Sed hanc tutelam similiter in suspenso esse posse, ex sequenti exemplo patescit; v. gr. in §. vn. I. de legit. patron. tut. dicitur: Plerumque, ubi successio nis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Sed quærerit, si legitimus tutor esset apud hostes, an inferioris gradus agnato tutela possit deferri? Resp. quod non, sed tutela legitima pendet propter ius postliminii: quamdui enim speratur postliminium legitimini tutoris proximi, tamdui non admittitur ad tutelam alius agnatus remotior, sed interim tutor a prætore datur, I. I. §. 2. ff. de legit. tut. non curator, nam propter incertum eventum tutoris reddituri, quo pleniū pupillo propiceretur, tutorem potius quam curatorem dari placuit, arg. I. 17. §. 1. de appellat. At legitimo tutore capto atque apud hostes mortuo, agnatus proximus tutelam in prætorio tutore finitam excipiet, arg. I. 9. §. 2. de tut. Et rat. distrab. I. II. §. 3. de test. tut. §. 2. I. de attil. tut.

B 3

§. X.

## §. X.

Tutelam testamentariam & legitimam, de quibus hactenus, nūc excipit Datiuus: Nam sicuti, quando testamentarius tutor adest, non admittitur legitimus, sic deficiente testamentario & legitimo admittitur datiuus, pr. I. de attil. tut. Sed explicationi huius tutelæ, quoad descriptionem, Auctorem, quis scil. constitutat tutores, subiectum, obiectum & alia, diutius inhærere non duxi operæ pretium, cum ea omnia latius explicata sint a Dd. inter quos videri potest laudatus Dn. STRV. Ex. 30. th. 28. & seq. Hoc saltem circa hanc tutelam datiuam adducam, quod illa quoque dubii eventus causa suspendatur, vt patet ex l. 17. ff. de tutor. & curat. dat. ibique GOTHOFR. lit. g. scribit enim Pomponius in illa lege, eti. qui de statu suo litigat, tutorem dari posse, & verum est, ut ita demum teneat datio, si liber est.

## §. XI.

Quia in §. 7. supra dictum, quod personæ sui iuris sint vel in tutela, vel in cura; ideo post tutelam nūc de cura agendum venit. Est autem cura vis ac potestas administrandi bona eius, qui ipse ob ætatem, vel mentis aut corporis vitium, vel ob aliam causam rebus suis praesesse nequit, pr. I. de Curat. §. 3. 4. & 5. eod. l. 1. pr. & §. 1. ff. de curat. furios. l. 6. §. 4. de tut. Personæ igitur, quibus curator datur, sunt vel minores 25. annis pr. I. de curat. vel etiam maiores 25. annis, vt furiosi & prodigi, §. 3. eod. it. mente capti, furdi, muti, & qui perpetuo morbo laborant, §. 4. eod. Quando enim legitimam ætatem compleuerunt, vel convaluerunt, vel mores frugales recuperarunt, cura finitur. l. 1. de curat. furios. & aliis extra minor. dand. Hoc tamen de curatore furiosi sine distinctione non est afferendum: Si enim furiosus simpliciter sanam mentem receperit, cura cessat.

L. 24

L. 1. pr. ff. de curat. furios & alii. Si autem dilucida inter-  
ualla habeat, licet interim omnia facere possit, quæ sanis  
hominibus competit, cura tamen hæc non finitur, ne sit  
necessæ, sæpius curatorem constitui et adsignare, sed di-  
lucido furioso interuallo suspenditur, l. 6. C. de curat. fur.  
vel prodig. ibique COTHOFR. It. g. quare morbo redeunte  
iterum effectum habet, d. l. 6. vid. ZOES. ad ff. de curat.  
furios. & alii n. 4. PEREZ. ad C. de curat. fu-  
rios. n. 14.

### CAPVT III. DE IVRE IN RE, QVATENVS PENDET.

#### §. I.

**A**bsoluta ea parte, quæ est de iure quod in personis ha-  
bemus, ratione suspensionis: eadem ratione nunc  
ingredior secundam, quæ est de iure Rerum; Quod  
est facilius circa rem, quæ vel res ipsa affecta est, vel perso-  
na obligata: Et est duplex, aliud ius in re, aliud ius ad rem,  
l. 19. de danni. infect. l. 2. de pollicita. l. 25. de O. & A. ius in re  
definiri potest auctoritate Gl. in c. capitulo vs. affectum de con-  
cessi præbend. in 6. Ius circa rem constitutum, quod rem ipsam  
afficit; Quinque autem iuris in re sunt species, 1. Domi-  
nium, l. 23. ff. pr. de R. V. 2. Servitus, 3. Pignus. 4. Possessio,  
l. 13. §. 1. de ind. 5. Hereditas, l. 5. §. 5. ff. de his, qui deic. vel  
effud. Princeps ac excellentior omnium species est Domi-  
nium, quia cætera iura in rem virtualiter comprehendit,  
EVDELIN. de iur. no. 11ff. l. 2. c. 1. n. 2. De hoc dominio ea tan-  
tum afferam, quæ ad institutum nostrum faciunt, nec ab  
eo aliena sunt; Quæritur itaque, an is ex cuius materia  
ali-

aliquis in suo solo ædificauit perdat dominium materiae?  
 R.s. Licet omne quod solo inædificatur, solo cedat, proprie-  
 reaque ædificator intelligatur dominus ædificii, §. 29. l. d.  
 R.D. l. 39. de R.V. l. 7. §. 10. de A.R.D & consequenter ipsius  
 materiae dominium consequatur propter qualitatem illius  
 per adiectionem immutam & quasi exinctam, l. 23. §. 2.  
 de R.V. l. 26. §. 1. de A.R.D. §. 26. d. R.D. nihilominus ta-  
 men Dominus materiae non desinit dominus eius esse, §.  
 29. I. de R.D. sed dominium illius, cum (licet tantisper ne-  
 que vindicare eam possit, neque ad exhibendum de ea re-  
 agere, sed data sit in eum, qui iunctus, actio de tigno iuncto  
 ad tigni æstimationem, & quidem in duplum, §. 29. I. de  
 R.D. l. 1. de tign. iunct. l. 23. §. penult. de R.V.) eam diruto  
 ædificio, quo continuo in pristinam causam reuertitur,  
 vindicabit, nisi fuerit duplum iam consecutus d. §. 29. §. l. 23.  
 §. vlt. l. 43. l. 50. de R.V. potius in suspenso manifesse, quam  
 extictum esse dici potest, FRANZK. ad pr. n. 17. j. quibus alien.  
 lic. vel non; Idem dicendum de eo, qui ex sua materia in  
 alieno solo ædificauit bona fide, is enim, quamvis ædifi-  
 cium, quod posuit, solum sequatur, ac per hoc dominum in  
 soli, materiae tamen proprietatem non amittit, arg. §. 30. I.  
 de R.D. in verb. viisque si non ignorabatur. Et ideo, licet ma-  
 nente ædificio nullam de materia neque actionem neque  
 exceptionem habeat, quibus consequi possit, vt materia  
 separetur & sibi reddatur, propter l. XII. r. ab. De æstima-  
 tione tamen (qua ratione autem illam & impensas seruare  
 possit, hic excutere non est locus: ) ei consulendum est, & æ-  
 dificio diruto poterit ipsam materiam vindicare, l. 2. C.  
 de R.V.

## §. II.

De plantatione notum est, quod planta, quam quis

in

in suo vel alieno solo posuit dummodo radices egerit, iure soli eius sit, cuius est solum, §. 31. I. de R. D. l. 7. §. vlt. l. 26. §. pen. de acquir. rer. dom. l. 5. §. 3. de R. V. l. 9. §. 2. de dann. infect. Sed an Dominus plantæ eam, si rursus eruta sit, vindicare possit, adeo ut dominium plantæ eo usque in suspenso fuisse dici possit? quæritur: Et Resp. Proprietatem plantæ, vt semel radices egerit, ita commutari, ut nec eruta postea ad priorem dominum reuertatur, nec ab eo possit vindicari, l. 26. §. 2. ff. de A. R. D. quod ratio non permittat, alterius intelligi plantam, quam eius, in cuius fundo alitur, §. 30. I. de R. D. quamobrem nec ei consultum est, ut domino mater æ, quæ iuncta est alieno ædificio, quippe quam dominus, cum eadem maneat, & suo sensu eiusdem, diruto ædificio vindicare potest, l. 2. C. de R. V. Arbor autem, quæ in aliena terra coaluit, non manet eadem, sed novo alterius terræ alimento quasi noua vel enata vide ur, l. 26. §. ff. de A. R. D. Idemque iuris est in satis alienis in suo, aut suis in alieno, & eadem ratione, ut planta solo alieno, in quod iniecta fuerunt, cedere dicuntur, §. 32. I. de R. D. l. 9. pr. de A. R. D. et si (in quo sara a planta differunt,) radices nondum egerint, l. 14. de donat. quia solum ad se trahit semen, in percipiendis enim fructibus magis corporis s. foli ius, ex quo percipiuntur, quam feminis, ex quo oriuntur, aspicitur, l. 25. pr. & §. 1. de yfir.

## §. II.

Dominium non solum per nosmetipso, verum etiam per alios, inter quos quoque numerantur serui, in quibus vñum fructum habemus, acquiri, patet ex pr. I. per quas person. cuique acquir. Sed cum interdum in pendentí sit, cui acquirat seruus, in quo alterius vñusfructus est, vtputa si seruum emit, & ei traditus sit, antequam pretium soluat,

C

pro

pro quo tamen tantummodo satisfecit, quæritur, cuius interim sit? Et scripsit Julianus, in pendentia esse Dominium eius, donec pretium numeretur, numeratio enim declarabit cui sit acquisitum, & cum ex peculio, quod ad fructuarium pertinet, soluerit, retro fructuarii fuisse intelligitur seruus: Cum vero ex eo peculio, quod proprietarium sequitur, soluerit, proprietarii fuisse videtur, l. 25. §. 1. l. 12. §. 5. in fin. de vſuſr. l. 43. §. 2. de A. R. D. l. 18. in fin. de ſtipul. ſeru. Sic quoque dominium earum rerum, quas peculiari nomine ſerui captiuorum poſſident, in ſuſpo eſt, nam fi domini poſtliminio redierint, eorum facta intelliguntur, ſi ibi deceſſerint, per legem Corneliam ad heredes eorum pertinebunt, l. 22. §. 3. de captiv. & poſtlim. reuſr. Poſtremo huic §. annecltere placuit quaſtionem hanc de dominio feciſ, ex quo iſ, qui gregis vſum fructum habet, in locum demortuorum capitum, alia ſubmittere deber, §. 38. I. de R. D. l. 68. §. 6. de vſuſr. cuius ſc. fit feciſ quamdiu ſubmittantur & ſupplementantur capita, quae demortaſaſunt? Et R. eſp. in l. 70. §. 1. de vſuſr. in pendentia eſſe eorum dominium, vt ſi ſubmittantur, ſint proprietarii, ſi non ſubmittantur, fructuarii add. l. 12. §. 5. in fin. de vſuſr.

## §. IV.

Quid de dominio dotis in praefenti materia dicendum, an ſe illud ſuspendatur, paucis examinabο. Praeficendum autem eſt, dominium rei marito in dotem datae permanere apud vxorem, vti patet ex l. 75. ff. de iur. dot. & l. 30. C. eod. l. 7. §. 12. l. 24. §. 5. ſolut. matriu. l. 71. de evictio. & ita iudicium refert CARPZ. p. 2. C. 42. def. 19. Die weil aber dennoch bemelte Wittwe albereit bey des Mannes Leben domina dotis gewesen eſt. Sic in l. 4. de collat. bon. dos dicitur eſſe in bonis vxoris, item proprium mulieris patrimonium, feruens

ma

matrimonio oneribus, l. 3. §. 5. de minor. l. 20. C. de iur. dot. vnde & Thesaurus in fundo dotali inuentus non pertinet ad maritum, sed pro media tantum parte ei cedit, quasi in alieno inuentus, l. 7. §. 12. in fin. solut. matrim. ANTON. FABR. in C. l. 4. t. 41. def. 39. u. 34. statuit, viduam viuente adhuc marito fundi dotalis dominam existere, adeoque non iure hereditario illud a marito consequi, quod confirmat etiam praeiudicium apud CARPZ. p. 2. C. 37. def. 2. Die weil aber dennoch bemelte Wittwe derselbs nicht ihres Mannes Erbin worden, sondern elbbercets bey seinem Leben das dominium an solchem Hause gehabt, ic. Facit huc, quod periculum & casus fortuitus fundi dotalis ad mulierem pertineat, l. 6. C. de pign. act. l. 23. de R. I. prout itidem testatur supra citatum praeiudicium apud CARPZ. p. 2. C. 42. def. 19. allegatum, ultim. vb. dannenhero auch sie die Ofsahr und casum fortuitum tragen müssen, ic. Maritus autem de dolo, lata & leui culpa, si res dotalis de-terior facta sit, obligatur, l. 17. pr. de iur. dot. l. 25. §. 1. l. ult. solut. matrim. l. 5. §. 2. commodat. Quoniam nunc ex dictis satis perspicuum, vxorem esse dominam dotis, hoc tamen dominium vim suam constante matrimonio per omnia exerere non potest, sed Imperator illud ad tempus mar- monii constantis restrictum, & haec tenus quasi suspensum esse voluit, non fecus, ac dominium illius, qui apud hostes est, pender, vel ex cuius materia in alieno solo aedificatum fuit, quod durante seruitute & aedificio videretur saltem, non reuera est extictum, sed civili quadam ratione suspen- sum, §. 29. I. de R. D. Licet enim maritus vere & naturaliter dominus dotis non sit, subtilitate tamen legum haberur dominus quoad quosdam effectus administratorios, quos legumlatores per maritum, tanquam caput familie expe- ditos voluerunt, quales sunt ante legem iuliam, alienario,

& post illam hodie vindicatio, l. 9. C. de R. V. Fructuum perceptio, l. 8. de Iur. dot. & similia.

§. V.

Alteram speciem iuris in re, seruitutem sc. nunc agredior: Quæ est ius in re aliena ad alterius ut litatem constitutum l. 1. ff. de Seruitutib. l. 13. §. 1. l. 19. pr. de damn. infec̄t. pr. Inst. de v̄fr. Nemo autem potest prædio seruitutem vel imponere vel acquirere, nisi qui habet prædium, h. e. qui prædii dominus est, l. 1. §. 1. l. 5. & 6. commun. præd. l. 8. eod. §. 3. l. de S. R. & V. P. obstare hic videtur, quod traditur l. 10. de seruitut. præd. rustic. l. 2. 3. §. 1. de S. P. V. futuro quoque ædificio seu nondum ædificato seruitutem vel imponi vel acquiri posse, siquidem eius ædificii, quod nondum est, nemo potest dici dominus; Sed facilis responfio est, i. enim intelligi debet de seruitute promissa, non constituta; 2. de constituta quidem, ait solum quoad actum primum; Magnif. STRV. Euolut. controv. Ex. 13. thes. 31. add. ZOES. ad tit. de seruit. n. 8. & 9. confer. l. 7. §. 1. commun. præd. ib. ut ita conualeat. Est itaque haec seruitus in suspenso, donec ædificium extruatur, in quo consistat, quasi sub tacita conditione constituta; FRANZK. §. 4. n. 8. Inst. de S. R. & V. P. perinde ut fideiussio pro futura obligatione, cui adhiberi potest, l. 6. §. vlt. de fideiuss. §. 3. l. eod. pendet, vti inferius patebit, ex §. 9. c. 4.

§. VI.

Cum in antecedenti §. dictum, Dominum habere ius seruitutem imponendi rei suæ, l. 1. §. 1. commun. præd. ideo quæstionem hanc apponere habet, an Dominus, qui vsum-fructum rei suæ alteri concessit, seruitutem fundo suo imponere possit. E' Resp. quod non, l. 15. §. vlt. de v̄fr. imone quidem consentiente v̄sufructuario hoc ei permisum, d. l.

*d.l.in fin. Dn STRVV. Ex. 12. th. 21.* sed hoc ius, seruitutem sc. imponendi est in suspenso, & tum demum ei competit, cum viusfructus extinguitur & ad proprietatem revertitur.

§. VII.

Inter seruitutes, & quidem personales, refertur viusfructus, qui est ius alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia pr. *I.de Vsfur.* Fallit autem in hoc, viffructu sc. quod in pr. *I. per quas pers. acquir.* dicitur per seruum domino acquiri: Vsumfructum enim seruus hereditarius inutiliter stipulatur, quamvis ei recte legetur, *I. 26. ff. de stipul. seruor.* Qui tamen, si seruo hereditario ante aditam hereditatem legatus sit, pendet *d.l. 26.* non enim hereditati acquiritur, vt cætera legata, quia in viffructu persona domini expectatur, qui vti & frui possit, *I. un. §. 2. quand. dies viffr. legar. eed.* sed adita hereditate ad heredem peruenire placet, *I. 18. quibus mod. viffr. amitt.* quia dies eius non cedit ante, quam adita hereditate, *I. 26. de stipul. seruor. I. un. §. 4. quand. dies viffr. leg. eed.*

§. VIII.

Pignus, quod tertiam speciem iuris in re constituit, (sumitur alias etiam vel obiective pro re oppignorata; vel formaliter pro contractu pignorat;) est ius in bonis creditoris debitori constitutum in securitatem crediti, vid. *Dn STRVV. Ex. 26 th. 3.* Præsupponit autem pignus debitum principale, *I. 10. C. de pignorat. aet.* & non solum purum constitui potest, licer debitum sit conditionale, sed etiam obligationi principali puræ accedere potest sub conditione, *I. 13. §. pen. ff. de pign. & hypoth.* Quemadmodum vero, ut antea dictum, conditio omnem actum facit in pendentibus esse, ita pignus sub conditione constitutum pendet, donec

C 3

con-

conditio existat, quod & dicendum de priori casu, pignore sc. puro & praesenti debito sib conditione constituto: nec enim ante conditionem debiti creditor recte agit d. l. 13. §. pen. Sic & pignus futurorum rerum, l. 15. pr. ff. de pign. & hypoth. in pendenti est, & tum deum effectum habet. vtile que est, cum in rerum natura esse coeperint, l. 73. de V. O. l. 186. de R. I. l. 83. §. 5. vers. pro quo ff. de V. O.

## §. IX.

Quarta species iuris in re est possessio, quae est facultas, insistendi rei cum affectione sibi habendi, l. 4. pr. de acquirend. vel amit. poss. ff. l. 2. §. 38. ne quid in loc. publ. l. 5. in fin. C. de liber. caussa l. 27. de acquir. possess. l. 67. pr. de furt. l. 3. §. 1. pr. de acquir. possess. l. 3. C. eod. Et acquiritur possessio per rei possidentia apprehensionem, quae, si res est in alterius possessione, fit vel absque voluntate, vel ex voluntate eius, cuius est possessio; hoc modo apprehensionem praecedit traditio ex iusto titulo, l. 3. §. 21. l. 21. pr. de acquir. vel amit. possess. Dn. STRVV. Ex. 42. t. 13. Quae traditio sub conditio fieri potest, l. 38. de acquir. vel amit. poss. ff. & sic possessionem facit pendere, nec aliter accipientis fieri, quam si conditio extiterit, d. l. 38. §. 1.

## §. X.

Quinta & ultima species iuris in re est hereditas; Quae nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, l. 62. de R. I. l. 24. de V. S. Magnif. STRVV. iurispr. rom. Germ. for. l. 3. t. 15. §. 1. Genus hereditatis constituit successio, quatenus sc. denotat ius, VAL. FÖSTER. de suc. que ab intit. l. 1. c. 2. Latius enim patet successionis, quam hereditatis vocabulum, cum etiam bonorum posses- sio sit successio, l. 3. §. 2. de bon. poss. WESENB. ad rit. de hered. intit. num. 2. Et est causa s. titulus acquirendi dominium

vni-

vniuersale, §. fin. I. per quas pers. cuique acquir. Necesse est igitur, hereditatem, quæ species successionis, titulum esse si causam dominii vniuersalis querendi vel quæsti; vnde rectissime proditum in l. 119. l. 178. §. 1. l. 203. de V. S. & §. 2. l. de reb. corp. & incorp. hereditatem iuris, non corporum nomen esse, & in l. 50. de perit. heredit. hereditas sine vilo corpore iuris intellectum habere dicitur, add. l. 7. de except. rei iudicat. & l. 3. §. 1. de bonor. possess. it. in pr. I. de reb. corporal. & incorp. hereditas dicitur in iure consistere, vid. VINN. alb. pr. n. 3. & ad §. 7. n. 3. I. per quas person. cuique acquir. Defertur autem hereditas vel a iure ciuili vel praetorio: iure ciuili aut ex testamento, aut ex l. XII. tab. §. vlt. I. per quas pers. cuique acquir. l. 1. & 3. in fin. de hered. perit. DN. STRV. Ex. 32. §. 2. vnde & successio diuiditur in testamentaria & eam, quæ est ab intestato, & legitima audit. Successio testamentaria est, quæ defertur ex testamento, cuius forma est heredis institutio, ex hac enim testamentum accipiunt, eaque fundamentum ac βάσις totius testamenti appellatur, §. 34. I. de legat. l. 10. ff. de iur. codicill. Diuiditur in primam seu institutionem in specie sic dictam, & secundam seu substitutionem; Prima vel est necessaria, quæ obtinet inter parentes & liberos, nam pater liberos in potestate existentes vel instituere heredes, vel nominatum exheredare tenetur, pr. I. de exhered. liber. l. 30. de liber. & posthum. l. 7. ead. l. 17. de iniust. irrir. testam. FRANZK. ad pr. I. de exhered. liber. Vel voluntaria, quæ inter quosquis extraneos consistit, & respicit cum personas constituentes, quæ sunt liberæ & seruæ, pr. I. de ber. Inst. tum modum instituendi; Hic alius est ratione quantitatis, aliis ratione qualitatis. Respectu qualitatis institutio heredis est vel pura vel non pura: Hæc est vel non recta, si scilicet adiiciatur eidem

eidem tempus vel dies certus, vel recta & utilis, si sc. adiiciatur conditio, quæ si impossibilis sit, inutiliter adiicitur institutioni, & pro non scripta habetur §. 10. I. de hered. instit. l. 1. de condit. instit. Possibilis autem cuius generis ea demum sit, ex ranei heredis institutioni recte adiicitur, §. 9. I. de hered. instit. l. 32 l. 68. ff. eod. ut suspendatur interim institutio atque existente conditione vires capiat, perindeque habeatur, ac si pure facta esset, deficiente euanescat & hereditas deferatur ab intestato; Dico extranei heredis: Suus enim heres non potest sub alia conditione inst. tui quam potest statua, & quæ facile impleri potest, l. 4. l. 86. hered. inst. l. 83. de condit. & demonstr. l. 4. C. de instit. & subst. nisi sub contraria conditione exheredetur, ne si conditio deficiat, reperiatur contra legem præteritus l. 4. C. de instit. & subst. l. 86. de her. inst. l. 15. l. vli. de cond. inst. Vid. Magnif. Dn. STRVV. Ex. 33. tb. 45. & 46. VINN. ad §. 9. I. n. 1. de hered. inst. FRANZK. ad d. §. 9.

## §. XI.

Institutio secunda speciali nomine substitutio dicitur, Germ. Die unter affter oder nach Erbsagung. Et est secundi heredis institutio, l. 1. l. 36. l. 43. §. 2. de vulg. & pup. subst. siue est secundi vel vterioris heredis institutio in locum deficientis facta. Dn. STRVV. Ex. 33. tb. 10. Diuiditur ea commodissime in vulgarem & pupillarem, FRANZK. in pr. I. de vulg. subst. n. 7. estque haec alia vera alia quasi, Id. ad pr. I. de pup. subst. Exemplaris enim ad pupillarem referri potest, & commodiore nomine appellari quasi pupillaris: Compendiosa vero & reciproca diuersas tantum substituendi formulas denotant, VINN. in pr. I. de vulg. subst. n. 4. Id. ad §. 1. I. de pup. subst. n. 1. FRANZK. ad §. 17. de pup. subst. n. 4. Notum autem est, quod quasi pupillaris substitutio expiret mor-

morbo in totum abscedente, l. 9. C. de vulg. Et pup. subft. l. 43.  
pr. ff. eod. D. STRVIVS Ex. 33 d 37. Sed queritur hic, an  
etiam morbo ad tempus recedente haec substitutio expi-  
ret, ita ut redeunte morbo non conualefcat ac reuiniscat,  
eo scilicet casu, quo per interuallum aliud testamentum  
non fecerit filius? Putans aliqui, inter quos est ZOES. PE-  
RFZ. ECKOLT. hanc substitutionem non conualefcere, si  
morbis recedat atque postrevertatur, arg. supra alleg. l. 9.  
Et 43. junc. l. 2. C. de postb. hered. instit. Magis tamen rece-  
pta est Bartoli sententia, quod sc. per reconualefcientiam  
temporalem substitutione haec nullo modo plane exincta,  
sed potius suspensa fuerit, ita ut conualefcatredeunte mor-  
bo, l. pen. C. de curat. furios. Excell. Dn. PETR. MÜLLER in iu-  
ris pr. Element. D. 26. tb. 11. lit. cc. in not. SVENDEND. ad ECKOLT.  
lit. de vulg. Et pup. subft. §. 33.

## §. XII.

Cum legata & fideicommissa non minus ex testa-  
mento nobis obueniant, quam hereditas, ideo hoc loco pro-  
ratione instituti de iis quædam afferam. Est autem lega-  
tum donatio quædam a defuncto reliqua ab herede pra-  
stanta, §. 1. I. de legat. & patet ex verbis, a defuncto reliqua:  
quod illud sola testatoris voluntate constet, add. l. 166. de le-  
gat. 1. ita tamen, ut suspendatur & post mortem testatoris  
ad hoc pendeat ab aditione hereditatis, pr. I. de Legat. verb.  
ab herede prastanta. Vnde legatarius non potest propria  
authoritate rem legatam sumere, sed petere eam debet ab  
herede. l. 1. §. 2. ff. quod legator. Propterea quando heres  
non adit hereditatem, vel quod ante testatorem morius  
fuerit, vel hereditatem acceptare nolit, nihil valet ex his,  
quæ in testamento scripta sunt, l. 9. ff. de testam. tut. adeo ut  
nisi adiecta sit clausula codicillaris, B&VNN. ad l. 14. C. de fidei-

D

com.

com. insimul legata & fideicommissa annihiilentur, ob d. I  
 9. CARPZ. p. 3. C. 2. def. 21. Quæritur autem hic, an legatum  
 a suo herede præstaendum valeat, si hic non retineat aliquando hereditatem? Et posset videri, quod sic, quia ipso  
 iure heredes existunt, arg. l. 11. de liber. & posthum. §. 3. I. de  
 hered. quæ ab intitl. def. l. 14. de suis & legitim. verum Resp.  
 quod suus heres, et si non retineat hereditatem, semper  
 quidem maneat heres, sed hoc saltem quoad actum pri-  
 mum, s. vt vocant, nudam existentiam, l. 30. §. 10. de fideic.  
 libert. sicque hoc casu ea tantum valeant, quæ a nuda ex-  
 istentia seu actu primo dependent, v. c. quod ob nudam  
 existentiam confirmentur tabulæ pupillares; illa vero,  
 quæ ab exercitio suitatis s. actu secundo pendent, non va-  
 leant, quale quid occurrit in legatis & fideicommissis par-  
 ticularibus, l. vlt. vi in posseff. legat. l. 12. in fin. de vulg. & pup.  
 subft. Dn. STRVV. Ex. 34. tb. 19. Sed quid si suus heres nec de  
 immiscendo nec de abstinentia adhuc animum declaraue-  
 rit? Tunc itidem illa, quæ a nuda existentia dependent  
 statim sunt valida, sic enim transmittitur hereditas a suo  
 cui ille se non immiscuit, sive ex alle, s. ex parte, s. ex testa-  
 mento sit heres, etiam ignorans, CARPZ. p. 3. C. 14. d. 23. CAIL.  
 2. obs. 131. n. 5. Illa vero, ad quorum præstationem factum  
 sui heredis requiritur, adeoque sine immixtione non pos-  
 sunt obtineri, ut sunt legata, in suspensiōne sunt, vsque dum  
 suus declareret voluntatem, Dn. STRVV. Ex. 34. tb. 21.

## §. XIII.

Sic quoque legatum interdum suspenditur propter  
 adiectam conditionem, ita vt sub ea relictum omnino non  
 debeatur ante eius existentiam, l. 5. §. 2. l. 21. ff. quand. dies  
 legar. ced. Sed interim sit suspensum, nec effectum ante  
 sortiatur, quam conditio euenerit, l. 213. de V. S. l. 41. ff. de  
 con-

condit. Et demonstrat. quod enim legatum, ait VINN. ad §. 32.  
*I. de legat.* per conditionem suspenditur, id in incerto est,  
 aliquando valitum sit, nec ne, vt dici non possit, tempore  
 testamenti valere aut non valere, vnde & legatarius pen-  
 dente conditione nullam haber actionem ad consequen-  
 dum legatum, l. 9. §. 4 ff. ad exhibend. nec repudiare inte-  
 rim potest, l. 45. §. 1. *de legat.* 2. adeo ut nihil egisse videatur,  
 si ante conditionem existentem repudiauerit l. 13. pr. ff. de  
 acquir. vel omit. hered. Renunciatio enim iuris nondum  
 competentis non valet, d. l. 45. §. 1. de leg. 2. nec quis id re-  
 pudiare potest, quod, si velit, habere non potest, l. 174. §. 1.  
 de R. I. Et eius est nolle, qui potest velle, l. 3. de R. I.

## §. XIV.

Obiectum legati constituant quoque res, quæ et si  
 nunc in rerum natura non sint, futurae tamen sperantur,  
 veluti fructus, qui in illo fundo nativerunt, §. 7. *I. de legat.*  
*I. 24. pr. de legat.* l. 15 l. 17. *de legat.* 3. Legatum autem ha-  
 rum rerum, cum ei insit conditio, l. 1. §. vlt. de condit. Et de-  
 monstrat. ex natura nimirum ipsius rei l. 73. pr. de V. O. ex-  
 trinsecus, non ex testamento veniens, GOTHOFR. ad l. 1. §.  
 vlt. de condit. Et demonstrat. lit. n. est in suspensi, & legatarius  
 expectare debet, donec fructus nascantur, & per rerum na-  
 turam praestari possint, l. 73. pr. d. V. O. l. 83 §. 5. eod. l. 186.  
 de R. I. Habetur itaque haec tenus legatum hoc pro condicio-  
 nali quoad dispositionem, actionem & obligationem, quæ  
 nulla esse intelligitur, antequam res natæ sint, d. l. 73. de V.  
 O. quoad transmissionem autem pro puro habetur, ita vt  
 in mortuo, licet nondum natis fructibus, legario, spes legati  
 transmittatur ad heredes, qui fructus quandocunque na-  
 tos petere possunt, l. 6. §. 1. l. 25. in fin quand. dies legat. eod.  
 vnde & in l. 99. de condit. Et demonstrat. dicitur, tales condi-

D 2

tio-

tiones non facere legata conditionalia; add. Dn. STRVY.  
Ex. 35, th. 8.

§. XV.

Circa personas, quibus legata relinqui possunt, duas  
quaestiones huic §. inferere libet, prima fit: An herede in-  
stituto seruo, recte legetur domino? Resp. quod sic, etiam  
sine conditione, §. 33. I. de legat. quia hic idem heres & le-  
gatarius statim non est, sed dominus tantum est legatarius,  
non heres, donec seruus iussa domini hereditatem adie-  
rit: ante eius iussum autem fieri potest, vt seruus vel ma-  
numittatur, & tunc sibi hereditate acquirit: vel alienetur,  
quo casu alterius iussu eam adit, & dominus legatarius tan-  
tum est. Interim legatum hoc, cum decedente testatore  
statim in eandem personam non concurrant legatum &  
hereditas, est in pendent, & si seruus heres institutus per-  
maneat in potestate legatarii eiusque iussu audeat, legatum  
inutile est, ne idem sit debitor & creditor, si non perma-  
neat, legatum subficit, & vtile est, §. 33. I. de legat. VNN. ad  
d. §. Altera quaestio proponitur de legatis seruo, qui al-  
teri legatus est, relictis, ad quem haec pertineant, num ad  
legatarium seu eum, cui seruus legatus est, an vero ad he-  
redem? Pro decisione huius quaestions praescindendum,  
quod, quando seruus legatur, & ipsius serui status, & o-  
mnium quae personam eius attingunt, in suspenso sit, nam  
legatario repudiante legatum, nunquam eius fuisse vide-  
bitur, eo vero acceptante, ex die aditae hereditatis eius in-  
telligetur: I. 86. §. 2. de legat. 1. Ad quaestionem igitur al-  
latam iuxta hanc regulam responderi potest, quod ea, que  
tali seruo legantur, sint in suspenso, & si legatarius repu-  
lerit a se legatum, vt heredis seruus: sin vero agnouerit  
legatum, vt legatarii seruus singula gesisse existimetur, sic  
que

que illo casu legatum ad heredem, hoc autem ad legatum pertineat.

§. XVI.

Fidei commissum, cuius in §. 13. mentionem fecimus, est, quod verbis precariis relinquitur; Estque vniuersale, vel singulare; Hoc consideratur vel ratione rerum, quae relinquuntur: vel modi, quo relinquuntur possit. Res vel sunt corporales vel incorporales, inter species autem rerum incorporalium refert Imperator libertatem, quam testamento quoque per fideicommissum relinquere posse afferit, §. 2. I. de singul. reb. per fideicom. reliq. quæ & propterea fideicommissaria libertas dicitur, d. §. 2. proueniens quidem a testatore, non autem immediate, sed mediate, mediante sc. eo, qui rogatus est libertatem dare. Relinquitur autem libertas seruus, non saltet testatoris propriis, verum etiam heredi, legatarii, fidei commissarii, imo prorsus extraneis, d. §. 2. L. 6. C. de fideicom. libert. L. 16. L. 31. pr. L. 24. §. 12. eod. His scilicet extraneis, si relicta sit libertas, interest, num dominus illum vendere velit, an vero recuset; priori causa heres, vel is, a quo libertas relicta est, eum redimere & manumittere tenetur, d. §. 2. Posteriori casu non protinus fideicommissum extinguitur, sed usque dum emendi opportunitas sit, suspenditur, L. 6. C. de fideicom. libertat. FRANZ. ad §. 2. I. num 12. de singul. reb. per fideic. rel. PEREZ. ad. tit. de fideicom. libertat. num. 1.

§. XVII.

Iuxta ordinem Imperatoris sequuntur nunc post testamenta, Codicilli, qui sunt ultima voluntas sine heredis directa institutione, §. 2. I. de codicill. I. 2. C. eod. Et male dicuntur testamenta, neque debent cum iis confundi, I. 7. C. de codicill. licet in larga significatione tantum vocentur

tur testamenta, GLOSS. in l. 2 verb. personales, C. commun. de legat. PHILIP. V. J. P. L. 2. Eclog. 106. n. 12. CARPOZOV. p. 3. C. 4. d. 3. & lib. 6. Respons. 20. n. 6.. Fiantque vel cum testamento; §. 1. J. & l. 8. p. ff. de codicill. vel ab intestato, d. §. 1. & l. 8. PHILIP. V. J. P. l. 2. Eclog. 105. Codicilli testamentarii sicut per se non stant, sed pars quædam seu potius accessione & sequela sunt testamenti l. 14. de iur. codicill. h. e. eius ius & conditionem sequuntur, l. 16. cod. & ex testamento vigorem habent, l. 10. cod. FRANZ. ad §. 1. J. n. 6. de codicill. ita quoque eodem per conditionem suspenso, & ipsi suspenduntur arg. l. 1. C. de codicill. sicutque existente conditione vires capiunt, deficiente autem evanescunt.

## §. XVIII.

VLPIAN. in l. 1. sit ab testam. null. exst. air. Ordinarium fuit, ante de iudicis testantium, deinde de successione ab intestato loqui: Itaque ne in regulam illam impingam, postquam de successione testamentaria egi, de successione ab intestato seu legitima quædam hoc pertinens adducam; Et quidem primum locum obtineant in successione hac legitima sui heredes, §. 1. I. de success. ab intest. l. 1. §. 1. & seqq. de suis & legit. hered. qui sibi dicuntur, quod proximum in potestate gradum obtineant, & quasi heredes suarum rerum sint, liberique quodammodo domini rerum paternarum, §. 2. I. de hered. qualit. & differ. adeo ut etiam in §. 3. I. de hered. que ab intest. def. dicatur, quod quasi continetur dominium in liberis; Imo ipso iure sine adm. one, h. est, sine omni deliberatione animi sui heredes existunt, arg. l. 11. de lib. & possb. §. 3. de hered. que ab intest. def. l. 14. de suis & legit. Praetor tamen ipsis beneficium abstentionis concessit, ne debita paterna essent liberis oneri §. 2. de hered. qual. & differ. Sed cum huic successioni legitimæ tum

tum demum locus sit, quando quis intestatus moritur, d.  
§. 2. vel ex testamento, si quod factum, nemo hereditatem  
adierit, l. 39 & 70, de acquir. hered. l. 89. de R. I. siquidem  
promissio hominis tollit prouisionem legis', Excell. Dn.  
PETR. MÜLLER ad l. 89. de R. I. propterea tamen, si pater te-  
stamentum condidit, & alium heredem instituit, suo exhe-  
redato, illa successio legitima non tollitur, sed tantum est  
quoad certos effectus in pendentii, quippe quæ dependet a  
suirate, ius autem suitatis per exhereditationem non est  
sublatum, (quod exinde patet, i. quia alioquin ipse nepos  
prorsus patris locum occuparet, atque ipso statim iure  
euerteret testamentum aui, contra l. 6. de iniust. rupt. irrit.  
2. Quia filio exheredato recte pater pupillariter substituit,  
§. 4. l. de pup. subfl. siuum autem heredem esse oportet, cui  
ita substituitur, l. 2. de vulg. & pup. subflit. 3. Quod tutor re-  
& detur exheredato, l. 4. de testam. tut. tutor autem te-  
stamento dari non potest, nisi ei, quem quis in suis heredi-  
bus, cum moritur, habuit, l. 73. §. 1. de R. I. add. VINN. ad §.  
4. l. de pup. subfl. n. 4.) sed saltem quoad certos effectus su-  
spenditur, sive propter illud ius suitatis non sublatum,  
sed saltem quod certos effectus suspensum, si extraneus ille  
in testamento a patrefamilias iure facto, filio exheredato,  
heres institutus, omittit hereditatem, successioni ab inte-  
stituto erit locus, & hereditas ad siuum heredem in testame-  
to exheredatum redit, l. 20. de bonor. pess. contra tabul. Et  
tantum de successione testamentaria & legitima: Sequi-  
tur nunc prætoria, quæ dicuntur bonorum possessio, de qua  
breuitatis causa hoc saltem afferam, quod illa interdum  
propter incertum concurrentem euentum, an sc. quis pos-  
sit illa reuera vti, nec ne, suspendatur, & si euentus optatus  
respondeat, dicatur tunc bonorum possessio cum re; Sin  
vero

vero propter insequenter casum non possit frui, appellatur sine re. Illustr. STRVV. Exerc. 37. tb. II.

CAPVT IV.  
DE IVRE AD REM, QVATENVS  
PENDET.

s. I.

**D**atum supra, §. 1. c. 3. ius rerum duplex esse, ius in re & ad rem; Cum igitur nunc de iure in re pro instituto locurus fuerim, eadem ratione ius ad rem hoc capite tractandum venit; Ethic itidem Iustinianum /mp. isto ordine, quem in institutionibus circa hoc ius obseruat, imitabor. Ius ad rem consistit in obligatione, cuius forma posita est in deuincione personæ, l.3. ff. de O. & A. Diuiduntur autem obligations, missis aliis earum diuisiōnibus variis, quod sint vel ex contractu vel quasi, vel ex delicto vel quasi; Obligationes, quæ ex contractu oriuntur, aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, §. 2. de Oblig. Re contrahitur obligatio, quando, vt ea nascatur, debet præter consensum res aliqua interuenire; Huius generis dicuntur esse contractus mutui, commodiati, depositi, pignoris, quippe qui non aliter perficiuntur, nisi rei interuentu, l. 17. pr. ff. de patēt eaque tradita initium obligationi præbetur; Primo agit Imperator de mutuo, pr. I. quibus mod. re contrah oblig. Requiritur autem in hoc contractu rei datio, d. pr. l. 2. §. 3. l. 9. §. 4. de prescript. verb. sed cum res interdum non eo animo detur, vt statim ex rei præstatione mutuum contrahatur, sed existente aliqua conditione, hæc mutui datio pendet, l. 8. l. 19. ff. de reb. credit. in conditionali enim mutuo res ex futuro eventu fieri potest

potest mea, mutuum autem non tantum pure, sed & sub conditione posse costrahi, patet ex l. 7. ff. de reb. cred.

## §. II.

Personæ hunc contractum ineuntes sunt mutuo dans & accipiens; Et si autem filius familias mutuum dando alium sibi obliget, l. 17. ff. de reb. credit. ab alio tamen accipiendo ob SCt. MACEDON. non obligatur, § pen. 7. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 1. l. 3. §. 3. & seqq. l. pen. & ult. ff. de SCt. Macedoniano; Sed queritur, an creditori, a quo filius dum pater apud hostes est, mutuam pecuniam accepit, possit opponi SCtum MACED. Resp. in l. §. 1. de SCt. Maced. quod hoc SCtum MACED. sit in pendentia: Pendet enim, an sit in potestate filius, ut puta, quoniam patrem apud hostes habet: si autem reciderit in potestatem, SCt. loco est; Si munus, cessat; interim igitur deneganda est actio. d. l. §. 1.

## §. III.

Venio ad depositum, cuius obiectum sunt omnes omnino res, tam propriæ, quam alienæ, l. 31. §. 1. ff. deposit. nec enim quicquam ex deposito in depositarium transfertur, l. 17. §. 1. ff. eod. & quocunque tempore deponens petit depositum sibi reddi, res deposita ea restituenda est, etiam si de certo tempore conuenerit, l. 1. §. 22. & 45. deposit. quia cum solius deponentis gratia contrahatur, mutare is voluntatem potest, & depositum petere pro arbitrio, d. l. §. 45. add. WESENB. in Parat. eod. n. 7. Propriæ tamen res apud dominum frustra deponuntur, l. 45. de R. I. cum ex deposito non teneatur, l. 15. ff. deposit. nec si ex bona fide, suam rem Dominum alteri restituere compelli, l. 31. in fin. deposit. Interim Depositarius, si se dominum esse in continentia probet, audiendus est, & suspendenda restitutio. Vid. Excell. PETR. MÜLL. R. ad l. 45. de R. I. Exempl. 2.

E

§. IV.

## §. IV.

Pignoris contractus obiectum idoneum res alienas non esse, pater ex t. t. C. si alien. res pign. dat. sit; si sc. quis eas pure obliget, l. 16. §. 7. de pign. or. vel proprio nomine, l. 16. de pign. act. l. 3. C. si alien. res pign. dat. quia per pignus constituitur ius in rem, l. 17. ff. de pign. atqui in rem alienam nemini quid juris est, nec potest quis plus iuris in alium transferre, quam ipse habet, l. 54. de R. I. Etsi nunc ex dictis fluat, pignus rei alienæ ab initio non subsistere, plures tamen dantur casus, quibus pignus rei alienæ ex postfacto conualefcat, inter quos est, si oppignorans debitior deinde fiat rei dominus; Quo casu autem non ipso iure conualefcit, sed ex bono & æquo utilis persecutio datur l. 5. C. si alien. res. Sed quid, si res alii, ab eodem debitore non domino oppignorata, & prior creditor eo tempore, quo debitior fit dominus rei oppignoratae, nondum sit dimissus? Resp. Tunc secundi creditoris pignus reconualefcere non posse, propter ius primi creditoris, BRVNN ad l. 9. §. 3. ff. qui prior. in pign. hypothecata tamen spem habet in euentum prioris creditoris dimissi, quousque sic pendebit, eoqure dimisso postea conualefcet; Casus quoque ex d. l. 9. huc spectans potest esse talis; Titia fundum alienum Titio pignori dedit, post Maeuio; Deinde domina facta fundi, hoc modo pignus secundi creditoris non conualefcit, sed est in pendi, & tum demum ei prodeesse incipit, quando dimisso primo creditore pignus in bonis creditoris inuenitur, l. 9. §. 3. qui pot. in pign. Si autem marito suo fundum in dotem affirmatum dedit, mox primo creditori, Titio scil. soluit, secundi creditoris, Maeuio scil. pignus non conualefcit, quia tunc, cum Maeuio obligare tur, fuit res aliena, & tunc, cum Titio solueretur, fuit talis, siquidem Titia eo tempore non ma-

amplius fuit domina, nec tempore alienationis aliquid est quæsumum creditoris, sed pignus eius fuit in pendentia, & in euentum prioris creditoris dimissi hypothecæ spem habuit, BRVNNEM. cit. loc. & ab eo ibidem allegat. BACHOV. de pign. l. 2. c. 4 n. 7.

## §. V.

Sequitur contractus verbalis, stipulatio sc. Est vero hæc vel pura, vel in diem, vel sub conditione. Hæc sc. conditionalis, sub conditione potestativa casuali, vel mixta incipit, quo casu pendente conditione nulla oritur actio nec obligatio; Est tamen quædam spes, licet non sit nata actio, quæ spes inducit transmissionem ad heredes, §. 4. I. de V. O. Hinc si pendente conditione aut stipulatori aut promissori quid humanitus contingat, nihilominus in suspenso manet obligatio, atque existente postea conditione stipulatio committitur, vt aut heres stipulatoris agere, aut heres promissoris conueniri possit, §. pen. de iuicil. stipular. l. 57. de V. O. l. 73. §. 1. ad L. falcid. l. 8. de pericul. & commod. rei vend. Add. VINN. ad. §. 4. n. 6 de V. O. Sunt autem prædicta intelligentia non solum de conditione expressa, verum etiam tacita, vt si quis promittat fructus ex aliquo fundo vel partum ex ancilla vel animali, nam hæc ita accipienda sunt, si nascantur, l. 83. §. 5. vers. pro quo ff. de V. O. l. 73. eod. It. potest ponni exemplum, si aliquis promittit dotem, sub intelligitur enim tacita conditio, si nuptiæ sequantur, an equam autem id fiat, non est nata vel actio vel obligatio, l. 21 ff. de sur. dor. l. 14. pr. eod. l. 4. §. 2. ff. de pass. Ut vero stipulatio per conditionem suspendatur, illam in tempus futurum collatum esse oportet, l. 115. de V. O. Conditio enim, quæ in præsens vel præteritum tempus confertur, stipulationem non suspendit, l. 37. de reb. credit. cum improprie sit conditio,

E 2

tio,

tio, l. 39. de reb. credit. l. 120. de V. O. l. 80. de condit. & demon-  
str. adeoque si falsa sit, nihil, si vera, pure debetur, §. 6.  
l. de V. O. d. l. 37. de reb. credit.

## §. VI.

Stipulari possunt tam liberi homines, sc. habiles,  
quam serui, l. 38. §. 6. de V. O. l. 14. C. de contrab. & commit.  
stipul. quia hi ius stipulandi habent ex persona domini, ei-  
que stipulando acquirunt, sc. ius, non etiam factum, §. 1.  
& 2. l. de stipul. seruor. l. 17. ff. eod. l. 38. §. 6. de V. O. Quod &  
obtinet in seruo alieno bona fide possesto, ac vusufructua-  
rio, quatenus operas eius, aut rem nostram concernit,  
§. 2. l. per quas pers. nobis. oblig. acquir. l. 20. l. 31. ff. de stipul.  
seruorum: stipulatio autem serui vusufructuarii ita conce-  
pta, quantam pecuniam tibi intra illum diem 'dedero tan-  
tam dari spondes, in pendentib: est: si enim ex re fructuarii  
vel operis suis pecuniam dederit, fructuario: si vero ali-  
unde, domine stipulatio queretur, l. 18. §. 3. in fin. de stipul.  
seruor. l. 25. §. 1. de vusufr. It. Filius familias stipulando patri  
suo acquirit, §. 1. l. de stipul. seru. Quæ tamen stipulatio, si  
filius eius qui in hostium potestate est, stipuletur, etiam in  
pendentib: erit l. 18. §. 2. de stipul. seru. eaque Patre prius, quam  
postliminio rediret, mortuo, ipsi acquista intelligitur, & si  
viuo patre deceperit, ad heredem pertinebit, l. 22. §. 2. de  
captiu. & postlim. reuersi.

## §. VII.

Huic contractui verbali, stipulationi sc. hanc quæstio-  
nem adiicere lubet: Si sub conditione stipulatione facta,  
hypotheca data sit, ante eius eventum autem eadem hy-  
potheca alteri pure sit constituta, deinde prioris stipulatio-  
nis existat conditio, quis potior sit in pignore, virum prior,  
conditionalis sc. creditor, an vero, qui postea hypothecam  
acce-

accepit! Resp. (hoc tamen præsupposito, pignus etiam præcedere obligationem posse, seu pignori rem esse posse, etiam eo tempore, quo nihil dum debetur, ut patet ex l. i. pr. § 1.9. pr. qui posterior. in pign. add. ZOES. add. t. n. 2.) Cau-  
siam conditionalis stipulatoris esse potiorem, eueniente e-  
nim conditione, (si modo talis sit, quæ in uito debitore im-  
pleri potest, veluti collata in casum aut potestate stipula-  
toris, l.9. §. 1. qui posterior. in pign. aliud, si in potestate de-  
bitoris collata, quia cum possit non impleri, censenda non  
est ante contracta pignoris obligatio, quam impleta sit con-  
ditio, l.4. quæres pign. vel hypoth. l.1. §. 1. qui posterior. in pign.  
ibique GOTHOFR. lit. L.) Stipulatio perinde habetur, ac si ab  
initio sine conditione facta esset, l.11. §. 1. qui posterior. in pign.

### §. VIII.

Fideiussionem, et si usus eius ad alias etiam contractus  
pertineat, l. 1. ff. de fideiussor. § mandator. tractationi de Ver-  
borum obligationibus Imperator recte subiungit, quia  
fideiussiones citra verba & stipulationem non constituun-  
tur, l.5. §. 2. de V.O.I. 22. C. de fideiussor. Fideiussor vero &  
præcedere & sequi obligationem principalem potest, §.3.  
I. de fideiussor. l.4. l.6. §. vlt. l.55. ff. eod. l.50. ff. de pecul. l.35.  
de iudic. Qui tamen illo casu, quo præcedit obligationem,  
non statim potest conueniri, sed obligatio fideiussoris est  
in suspenso, usque dum principalis obligatio, cuius illa  
accessio est, sit constituta, l.35. de iudic. & tunc demum con-  
ueniri potest, l.57. de fideiussor. VIENN. ad §.3. § 5. n. 4. I. de  
fideiussor. ZOES. ad d. t. n. 17. PEREZ. eod. tit. n. 12. FRANTZK. ad  
§.3. I. de fideiussor. n. 6. Similiter, si stipulatione in diem  
concepta fideiussor sub conditione accepitus fuerit, fide-  
iussio in pendenti erit, ut si ante diem conditio euenerit,  
non obligetur fideiussor, ne alioquin durius, quam reus

principalis obligetur, si concurrerit dies & conditio, vel etiam conditio post euenerit: si diem consecuta fuerit, obligetur, l. 16. §. 5. de fideiuss.

## §. IX.

Transeo nunc ad illud membrum diuisionis obligationum ex contractu, quod continet obligationes eo consensu, non generico, sed ad certain formam restricto, quales fiunt in Emtione venditione Locatione conductione, Societate, mandato; Orditur Imperator a contractu Emtionis & venditionis, quae est nobilissima, vti vocatur a GVDELIN. de iur. nouiss. lib. 3. cap. 7. §. 3. consensualium contractuum species, & ad vitæ communis vsum maxime necessaria, teste PAVLO l. 1. ff. de contrah. emt. Cuius substantia consistit in consensu de re & pretio: simul atque enim de re & pretio conuenierit, emtio perfecta est, quamvis nec premium numerarum, pr. l. de Emt. vendit. l. 2. §. 1. de contrah. emt. l. 8. de peric. & commod. rei vendit. nec res tradita sit, l. 1. §. 2. de rer. permurat. Eamque tam sub conditione, quam pure contrahi posse, dicit Imperator, in §. 4. l. de emt. vendit. Cum itaque res ita venierit, si intra 10. vel 12. dies tibi placuerit, erit tibi emta tot aureis. Licet hac ratione in mercem & premium consensum fuerit, obligatio tamen per conditionem, quae hic in arbitrium emtoris ad certum tempus conferitur, suspenditur, & contractus tunc demum perfectus censemur, si res intra illud tempus emtori placuerit, VNN. ad §. 4. l. de Emt. vendit. Sic quoque propter addictionem in diem, v. c. si intra sex menses nemo meliorem conditionem attulerit, domus mea sit tibi vendita, emtio pender, emtorque cui res addita, neque usum capit, neque fructus suos facit, l. 4 pr. de in diem adiit. Add. Illustr. Dn. STRVV. Ex. 23. th. 30. Paucis adhuc quid circa emuo-

emtionem puram hic nobis occurrat, videbimus; Præsupponimus autem, quod servi quorum vsum fructum tantummodo habemus, quicquid ex re nostra vel ex operis suis acquirunt, nobis acquirant, §. 2. *I. per quas pers. nob. obligat. acquir. §. 4. I. per quas pers. cuique acquir.* Hinc queritur, si seruus fructarius aliquid emerit, incertum autem sit, ex cuius re pretium soluat, quid statuendum? Resp. Eo casu emtio, etiamsi pura sit propter iuris conditionem est in suspenso, incertum enim est, cui sit acquisitum, ideoque neutri eorum, neque ei, cuius viusfructus, neque ei cuius proprietas est, redhibitoria competit, *I. 43. §. 10. adil. Edif.*

## §. X.

Obiectum emtionis venditionis quod attinet, versatur illa circa omnes res, quas quis habere vel possidere vel persequi potest, i. e. circa res, quæ sunt in commercio, tam corporales quam incorporales, *I. 40. §. 1 de contrab. omt. sive actu existant, sive potentia, h. e. futurae sint, L. 8. de contrab. emt. l. 34. §. 2. eod.* Harum autem, sc. futurarum rerum emptio, cum ei tacita insit conditio, si nascantur, penderet, nec valeret, nisi res existat, *I. 8. pr. de contr. emt. l. 1. §. 3. de condit. & demonstr. l. 73. l. 83. §. 5. vers. pro quo de V. O. ZOES. ad tit. de contrab. emt. n. 24. Dn. STRV. Ex. 23. tb. 26. Confer. §. V. huj. capit.* Rei autem suæ nulla est emtio, *L. 15. & 16. de contrab. emt. l. 45. de R. I. 1. 4 & 10. C. de contrab. emt.* quia quod alicuius est amplius eius fieri nequit, *§. 10. Ide Legat.* Quod tamen accipendum est de emtione rei suæ puta: Quin enim sub conditione emi possit res propria, non ambigitur, *L. 61. de contr. emt. l. 41. §. 2. de legat. 1.* Quæ emtio quoque est in pendentia, & demum valebit, si existentis conditionis tempore res mea non sit, *L. 61. de contrab. emt. PEREZ. ad tit. de contr. emt. n. 7.*

## §. XI.

## §. XI.

Præter rem oportet ut constituatur pretium, nulla enim emt. o sine pretio esse potest. pr. I. de emt. vendit. l. 2. §. 1. de contrab. emr. l. 9. C. eod. Et requirit Imperator in §. 1. j. de emt. vendit. ut sit certum; Certum autem sit aliquid vel ab initio expressa quantitate, vel per relationem ad aliud, sc. ad quantitatem iam antea determinatam, vel in arbitrium tertii seu certæ alicuius personæ, quantum ea æstimata verit, Magnif. STRVV, Ex. 23. t. 18. De hac emtione, in arbitrium sc. tertii collata, cum inter veteres dubitaretur, an valeret: Imperator sua decisione constituit, eam stare, quasi collatam in conditionem, qua propter hæc venditio non minus in suspenso est, vsque dum ille tertius rem æstimauerit, quo facto demum ad effectum perducitur; quando vero tertius non definiuit, vel quod noluit, vel quod non posuit, nulla est emtio venditio, tanquam conditione, sub qua contracta est, deficiente, §. 1. I. de emt. l. vlt. C. eod.

## §. XII.

Non immerito agendum nunc esset de locatione & conductione, exemplo Imperatoris, qui in compilatione ff. immediate post tit. de act. emt. posuit tit. de locat. & conduct. quam & proximam esse dicit emtioni & venditioni, pr. I. de locat. & conduct. l. 2. ff. locat. conduct. Sed cum iisdem ferme regulis consistat Emtio & Locatio, & inter alia in hoc quoque conueniant, quod vti in illa pretium, ita in hac merces in arbitrium certæ personæ conferri possit. §. 1. I. locat. similiter sub conditione fieri, sicut emtio queat, L. 20. ff. loc. ideo Lectorem remitto ad ea, quæ supra dicta sunt, de emt. vendit. hic quoque applicanda, add. text. in l. 25. pr. locat. qui omnia puncta decidit.

## §. XIII.

## §. XIII.

Tertia species contractuum consensualium est societas, quæ pariter vel pure contrahitur vel sub conditione, l. 6. C. pro Socio, l. 1. ff. eod. qua pendente penderit etiam societas, euentu autem eius incipit, vel cessat ea deficiente, id quod exemplificari potest per text. in l. 75. ff. pro Socio, vbi plures contraxerunt societatem pro illis partibus, quas Titius declarabit; ista igitur societas est sub conditione, & si Titius moriaritur, antequam declarerit voluntarem, societas est nulla; Aliud exemplum occurrit in l. 6. C. pro socio, vbi dubitabatur, an societas possit contrahi sub conditione, si ille consul fuerit, quod ibi affirmatur, siquidem voluntares legitime contrahentium omnimodo conservandæ sunt. Interdum societates coeuntur ex certo tempore, l. 1. ff. pro socio, h. e. vt incipient post Calendas Maii, quo usque etiam suspenduntur, arg. l. 44. §. 1. de O. & A.

## §. XIV.

Sequitur ultimus seu quartus contractus consensualis, sc. mandarum; Quod quadrupliciter contrahi potest, videlicet, pure, in diem, ad diem, vel sub conditione, l. 1. §. 3. l. 22. pr. l. 51. ff. Mandat. §. 12. I. eod. c. si quem, §. de procurat. in 6. Sed cum de die & conditio ne, quatenus scilicet actus mal quem suspendunt, supra pluribus actum fuerit, ideo ulteriori explicationi hic brevitate causa supersedeo.

## §. XV.

Modus contrahend. obligationem, sequuntur nunc modi a dem tollend. Tollitur autem obligatio vel ipso iure, vel per exceptionem, Dn. STRVV. Ex. 47 th. 49 Ipso iure tollitur potissimum per solutionem vel veram ac naturalem, vel fictam seu imaginariam & analogam,

F

quaæ

qua acceptilatio dicitur, §. 1. I. quibus mod. toll. obligat. Solutio enim naturaliter obligationem resolutit, acceptilatio civiliter, l. pen. de solut. Accepto fertur illi ipsi, qui debet, l. 13. de accept. vel qui debitori iure potestatis acquirit, species enim acquirendi est liberare dominum obligatione: idcirco seruus quoque usufructarius liberare acceptum rogando fructuarium potest, quia ex re eius videtur acquirere, l. 11. pr. d. acceptilat. Sed quid dicendum, si seruus, cuius dominus apud hostes est, acceptum roget, quod dominus promisit? Resp. Acceptilationem esse in pendent, & tute postliminii confirmari, l. 11. §. 3. de acceptil. & l. 18. §. 2. de stipul. seruor. Sic quoque huius acceptilationis vis, si quis id, quod in diem vel sub conditione debetur, acceptum ferat, tunc elucescat, cum dies venerit, vel conditio extiterit, l. 12. ff. de Acceptil. Exemplum quoque aliud videndum est in l. 82. ad L. falcid. vbi in medio haec existant verba: unde eleganter dicitur, acceptilationem in pendent fore &c.

## CAPVT V.

DE ACTIONIBVS, QVATENVS  
PENDENT.

## §. I.

**E**xposito iure personarum & rerum, Imperator agit de actionibus; quarum tractationem, cum ordinem Imperatoris secutus vtrumque ius pro instituto percurri, eodem modo iam suscipere mihi incumbit. Actionem autem etiam in pendent esse, patet ex l. 12. §. vii. ff. de usufr. vbi de conditione expresse dicitur, quod pendeat; Ast ne in immensum excrescat haec Disputatio, ab ordine in explicandis actionibus Imperatori obseruato, hic rece-

do,

do, sive non omnes, sed quasdam faltem recensebo actiones, & quatenus huc faciunt, brevibus attingam; Et primum quidem locum tribuam actionibus præjudicibus, cum de iure personarum, ex quo proueniunt, supra prius, quam de iure in re & ad rem, unde actiones reales & personales proficiunt, tractare cœperim.

### §. II.

Actione præjudiciale, & quidem ex statu familiæ, est actio, qua status controværsia mouetur liberis, sintne legitimi vel illegitimi; & hæc duplex est, actio sc. de partu agnoscendo, & de filiatione, VNN. ad §. 13. I. num. 5. de actione; Actio de filiatione est actio præjudiciale, quæ datur patri contra filium, se taleni esse negantem, L. I. §. 2. ff. de R. V. I. 5. §. 8. ff. de agnosc. & alend. liber. vel filio contra partem, se taleni negantem, L. fin. C. de alend. liber. Imo hæc actio utiliter etiam competit fratribus ad ius fraternalitatis, si alicui ius fraternalitatis negetur, & simul a patre ius filii, pendebit, vsque dum actor pro vero & ex legitimo coitu nato declaratus est, & ius filiale manifestatum.

### §. III.

Ius in re, cum, ut supra ostensum, quandoque in pendent sit, ita quoque de actionibus ex illo iure fluentibus, realibus sc. dici potest, quod in suspenso esse possint: Exemplorum vicem subire potest petitio hereditatis, quæ, eum Meuius, Caius & Seius, Sempronio, qui cum illis petit hereditatem, moueant questionem status, negantes, eum esse de familia & coheredem, est in pendent, usque dum constet, an cohæres sit, L. I. §. Famil. hercisc. Sic quoque, si cui hereditas sit relata sub conditione, petitio hereditatis institui non potest ante existentiam conditionis, sed interim, ut ipsa hereditas, de qua vid. §. 10. cap. 3. est in-

pendenti; Quod idem etiam de rei vindicatione dici posse, non est dubitandum, cum ipsum dominium, ex quo illa actio oritur, sit in pendenti, L. 12. §. vlt. L. 25. §. 1. ff. de usfr.

## §. IV.

Paucis nunc, ut breuitati studeam, de actionibus personalibus quoad hanc materiam viderendum est. Offert autem se nobis exemplum actionis personalis, quæ est in pendenti, in L. 12. §. vlt. in fin. de usfr. vbi conductio, qua appellatione venit actio in personam, § 15. i. de actione, L. 25. pr. ff de O. & A. dicitur pendere It. actio ex stipulatu, cum sc. seruus fructarius ita stipulatus sit; Quantum pecuniam tibi intra illum diem dedero, tantam dari spondes: est in pendenti, L. 18. §. 3. in fin. de stipul. seruor. Quod & de actione ex stipulatu fideiussoria, cum ipsa obligatio fideiussoris in pendenti esse possit, L. 35. de indic. dicendum est. Hæc sunt, quæ Dei clementissimi adiutus gratia pro viribus proponere licuit, cui propterea gratias, quas animo concipere possum, maximas, ago, simulque oro, ut suo me regat Spiritu, & amplius laboribus

meis ex alto benedicat, iisque praefit, ac  
felices tandem largiatur successus.

F I N I S.







AB 152989

ULB Halle  
002 420 562

3



Sb.

kom





CHRISTIANI WILDVOGELII  
ICTI, SERENISSIMI FRATR. DVCVM SAXO-VINARIENSIVM  
CONSILIARIJ AVLICI, PANDECT. PROFESS. PVBLICI, CV-  
RIAЕ PROVINC. NEC NON FACVLТ. IVRID. ET  
SCABIN. ASSESS.

*COMMENTATIO IVRIDICA*

D E

**EO QVOD PENDET  
SEV QVOD EST IN  
SVSPENO.**

Oder:

*Vom Aufschub.*



IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.  
M DCC XXXXIIII.

(6)